

Index Fungorum no. 457

Effectively published 09/11/2020 15:50:00 (ISSN 2049-2375)

Nomenclatural novelties : Paolo Franchi & Mauro Marchetti

Artomyces pyxidatus f. *luteovirescens* Franchi & M. Marchetti, f. nov.

IF557419

Holotype AMB 18616

A typo differt basidiomatum luteo-viridulo colore.

Specimen examined: Italia, Toscana, Tenuta di San Rossore (PI), supra truncum corruptum Fraxini oxycarpae ad terram, leg. P. Franchi et M. Marchetti, 16/10/2014.

Clavulina coralloides f. *coriobrunnescens* Franchi & M. Marchetti, f. nov.

IF557415

Holotype AMB 18632

A typo differt colore variabili, argillaceo-roseo, alutaceo-vinoso usque ad fulvum, apicibus additis, in maturitate ad castaneum vel ad spadiceo-purpureum vergente. Primo hieme, ad marginem nemorum mediterraneorum.

Specimen examined: Italia, Montecchio dicto, prope Peccioli (PI), in clivo muscoso ad marginem nemoris arborum frondosarum, F. Zanaboni, 13/01/2010.

Clavulina coralloides f. *griseorosata* Franchi & M. Marchetti, f. nov.

IF557416

Holotype AMB 18633

A typo differt basidiomatum, apicibus additis, griseo-roseo colore. Autumno, in mediterraneis nemoribus.

Specimen examined: Italia, in loco Arenna dicto, prope Montecatini in Val di Cecina (PI), sub Erica arborea, Arbuto unedone et Quercu ilice, P. Franchi, 9/11/2013.

Clavulinopsis trigonospora Franchi & M. Marchetti, sp. nov.

IF557417

Holotype AMB 18557

Basidiomata clavarioidea, 25–45 mm alta, 1–2 mm lata, simplicia, haud ramosa. Stipes 5 mm altus, 1 mm latus, a clava fertili superiore fere indistinctus. Clava cylindrica vel clavata, apice obtusa atque rotundata. Superficies hymenophoralis laevis vel tenuiter rugosa, diu aurea vel vitellina, demum pallide luteoaurantio colore suffusa. Caro pallide luteola, inodora et sapore miti. Sporarum pulvis albus. Sporae 5·1–8·3 × 4·6–7·0 µm subtriangulae, nonnullae una vel pluribus tubularibus appendicibus apiculis similibus, usque ad 1·3 µm longis, praeditae, iodio nullam reactionem praebentes. Basidia tetraspora, 35–45 × 7·0–9·5 µm. Hyphae generatrices usque ad 10 µm latae. Fibulae adsunt ubique.

Specimen examined: Italia, Capezzano Pianore (Camaione, LU) dicto, inter muscos et humilia gramina sub Phoenice canariensi atque Taxo baccata, 20 m supra mare alto, P. Franchi, 28/11/2014. Sequentiae ITS MT055939 et LSU MT053223 in GenBank depositae sunt.

Phaeoclavulina alboapiculata Franchi & M. Marchetti, sp. nov.

IF557399

Holotype AMB 18590

Basidiomata coralloidea, usque ad 70 mm alta, 20–30 mm lata, trunco usque ad 20 mm alto, deorsum albidis mycelii reliquis praedita, ramis polytomis cum angulis obtusis. Primum alba, deinde alba-griseo-brunnea, pallide ochracea, cremeo-ochracea, in maturitate etiam brunneo-lilacino opaco colore suffusa, terminalibus apicalibus albis usque ad maturitatem (proprietas!). Externa superficies se maculans lente brunneo-vinoso colore usque ad nigrescentem ubique manu tacta. Caro albida, deinde lente brunneo-vinosa ad aerem exposita, odore forti cichoreo, sapore miti. Sporarum pulvis luteo-ochraceus. Sporae 4·1–5·5 × 2·5–3·4 µm, ellipsoideae, interdum latere subapplanato, aculeis usque ad 0·8 (–1·0) µm longis, luteolae in aqua. Basidia 22–30 × 5·0–6·5 µm, tetraspora. Systema hyphale monomiticum, ex hyphis generatricibus usque ad 10 (–15) µm latis constitutum. Mycelium basale ex hyphis generatricibus 2–4 µm latis constitutum. Fibulae adsunt ubique.

Specimen examined: Italia, Parco naturale Bosco delle Querce dicto, apud Seveso (MB), sub Alno cordata et Alno glutinosa, 220 m supra mare alto, A. Bincoletto, 04/11/2018, isotypus in herbario M. & F. sub n 181104/02 conservatus est. Sequentiae ITS MT055971 et LSU MT053248 in GenBank depositae sunt.

Phaeoclavulina carovinacea Franchi & M. Marchetti, sp. nov.

IF557400

Holotype AMB 18533

Basidiomata coralloidea, 50–70 × 20–30 mm, trunco usque ad 30 mm alto, deorsum albidis mycelii reliquis praedita, ramis polytomis cum angulis obtusis. Primum laete lutea deinde cremeo-lutea, cremeo-ochracea, demum ochraceo-brunneola, terminalibus apicalibus diu laete luteis. Externa superficies immutabilis manu tacta. Caro albida, sordide alba, cito brunneo-vinosa ad aerem exposita; odore inamoeno, pulveris, terrae, deinde cichoreo, sapore aspro sed haud amaro. Sporarum pulvis luteo-ochraceus. Sporae 4·4–6·6 × 2·6–3·8 µm, oblongae a latere, ellipsoideae-oblongae ex facie, sine depressione hilari, aculeis usque ad 0·5 (–0·7) µm longis, pallide cremeo-luteolae in aqua. Basidia 28–40 × 5–7 µm, tetraspora. Systema hyphale monomiticum, ex hyphis generatricibus 8 (–10) µm latis constitutum. Mycelium basale ex hyphis generatricibus usque ad 3–5 µm latis constitutum. Fibulae adsunt ubique.

Specimen examined: Italia, Tenuta di San Rossore dicto, apud Pisam, in terra sub Quercu ilice, iuxta Pinum pineam, P. Franchi, 19/10/2014, isotypus in herbario M. & F. sub n 141019/02 conservatus est. Sequentia ITS MT055917 in GenBank deposita est.

Phaeoclavulina caroviridula Franchi & M. Marchetti, sp. nov.

IF557401

Holotype AMB 18535

Basidiomata coralloidea, usque ad 60 mm alta, circiter 40 mm lata, trunco usque ad 30 mm alto, deorsum parum copiosis albidis mycelii reliquis praedita, ramis dichotomis atque polytomis, cum angulis obtusis. Lutea, vitellina, flavida, ad truncum interdum cinnamomeo colore suffusa, apicibus cum ramis concoloribus. Solum truncus lente rubrum vinosum colorem sumit ubi manu tactus. Caro livida, pallide viridula, odore levi, suavi, frugoso, sapore amaro. Sporarum pulvis luteo-ochraceus. Sporae 5·3–7·4 × 2·6–3·6 µm, oblongae vel lacrimaeformes a latere, oblongae-cylindricae ex fronte, aculeis usque ad 0·8 (–1·0) µm longis, pallide cremeo-luteolae in aqua. Basidia 45–60 × 7–9 µm, tetraspora. Systema hyphale monomiticum, ex hyphis generatricibus usque ad 8 (–10) µm latis constitutum. Mycelium basale ex hyphis generatricibus 3–6 µm latis constitutum. Fibulae adsunt ubique.

Specimen examined: Italia, in loco Tenuta di San Rossore dicto, apud Pisam, in solo arenoso sub Pinu pinea et Quercu ilice, 3 m supra mare alto, P. Franchi et M. Marchetti, 20/10/2016, isotypus in

herbario M. & F. sub n 161020/01 conservatus est. Sequentiae ITS MT055919 et LSU MT053208 in GenBank depositae sunt.

Phaeoclavulina coniferarum Franchi & M. Marchetti, sp. nov.

IF557402

Holotype AMB 18531

Basidiomata coralloidea, 25–50 × 15–30 mm, trunco usque ad 20 mm alto, deorsum albidis mycelii reliquis praedita, ramis principibus 2–3 mm latis, cum angulis mixtis. Primum pallide lutea, luteo-cremea, deinde luteo-ochracea, flavida plus minusve obscuro olivaceo colore suffusa, iam in iuvenibus speciminibus latis partibus omnino viridibus. Externa superficies cito viridi-cyanea ubi manu tacta vel naturaliter. Caro albida cito viridis ad aerem exposita, levi odore herbaceo atque sapore subamaro. Sporarum pulvis luteo-ochraceus. Sporae 6·2–9·6 × 3·1–4·5 µm, lacrimaeformes a latere, oblongae-cylindricae ex fronte, aculeis usque ad 0·5 µm longis, luteolae in aqua. Basidia 35–45 × 5·5–7·5 µm, tetraspora. Systema hyphale monomiticum, ex hyphis generatricibus usque ad 14 µm latis constitutum. Mycelium basale ex hyphis generatricibus usque ad 6 µm latis constitutum. Fibulae adsunt ubique.

Specimen examined: Italia, in loco Colamauci dicto, apud Celico (CS), sub Cedro brevifolia et Abiete cephalonica, 1200 m supra mare alto, P. Franchi, C. Lavorato et M. Marchetti, 27/10/2016, isotypus in herbario M. & F. sub n. 161027/06 conservatus est. Sequentiae ITS MT055915 et LSU MT053206 in GenBank depositae sunt.

Phaeoclavulina flaccida var. *fraceolens* Franchi & M. Marchetti, var. nov.

IF557409

Holotype AMB 18552

A typo differt apicibus semper cum ramis concoloribus, peculiari acuto odore rancido fraces revocante, sporis parvioribus atque habitatione in mediterraneis nemoribus Quercu ilice praevalente.

Specimen examined: Italia, in saepto naturali maritimo apud Rimigliano, San Vincenzo (LI), sub Quercu ilice, 4 m supra mare alto, P. Franchi et M. Marchetti 25/11/2016. Sequentiae ITS MT055934 et LSU MT053219 in GenBank depositae sunt.

Phaeoclavulina minutispora Franchi & M. Marchetti, sp. nov.

IF557403

Holotype AMB 18586

Basidiomata coralloidea, usque ad 70 mm alta, usque ad 25 mm lata, trunco usque ad 10 mm alto, deorsum albidis mycelii reliquis praedita, ramis polytomis, cum angulis obtusis. Primum pallide cremeo-lutea, cremeo-ochracea, luteo-ochracea, in maturitate deorsum pallide brunneo-lilacino colore suffusa, apicibus diu clarioribus. Externa superficies se lente maculans brunneo-nigrescenti colore ubi manu tacta. Caro albida, lente brunneo-vinosa ad aerem exposita, levi inamoeno cimicino odore, sapore miti. Sporarum pulvis luteo-ochraceus. Sporae 3·7–5·0 × 2·5–3·6 µm, ellipsoideae saepe lato subapplanato, aculeis usque ad 0·5 µm longis, luteolae in aqua. Basidia 22–30 × 5·0–6·5 µm, tetraspora. Systema hyphale monomiticum, ex hyphis generatricibus usque ad 10 (–12) µm latis constitutum. Mycelium basale ex hyphis generatricibus 2–4 µm latis constitutum. Fibulae adsunt ubique.

Specimen examined: Italia, in loco Bosco dei Lucci dicto, apud Brundisium, sub fruticibus Pistaciae lentisci et Myrti communis, P. Franchi et M. Marchetti, 08/11/2018, isotypus in herbario M. & F. sub n. 181108/14 conservatus est. Sequentiae ITS MT055965 et LSU MT053243 in GenBank depositae sunt.

Phaeoclavulina nigricans E. Campo, Franchi & M. Marchetti, sp. nov.

IF557404

Holotype AMB 18589

Basidiomata coralloidea, usque ad 90 mm alta, 20–50 mm lata, trunco usque ad 30 mm alto, deorsum albidis mycelii reliquis praedita, ramis polytomis, cum angulis obtusis. Primum cremea pallide olivaceo colore suffusa, cremeo-lutea, pallide luteo-olivacea, in maturitate sordide ochracea, apicibus cum ramis concoloribus. Externa superficies se lente maculans rubro-vinoso colore ubi manu tacta. Caro pallide cremea, cito nigrescens ad aerem exposita, odore composito, herbaceo vel cichoreo, sapore dulciculo grato. Sporarum pulvis luteo-ochraceus. Sporae 5·5–8·3 × 2·8–3·9 μm, oblongae vel subcylindricae a latere, lacrimaeformes vel oblongae ex fronte, aculeis usque ad 0·5 (–0·8) μm longis, luteolae in aqua. Basidia 24–45 × 7–9 μm, tetraspora. Systema hyphale monomiticum, ex hyphis generatricibus usque ad 15 μm latis, pariete usque ad 1·2 μm crassa, constitutum. Mycelium basale ex hyphis generatricibus 2–4 μm latis constitutum. Fibulae adsunt ubique.

Specimen examined: Italia, in loco Bosco Limbitello dicto, apud Melendugno (LE), sub Quercu ilice atque Pino halepensi subsp. brutia, E. Campo, 08/11/2018, isotypus in herbario M. & F. sub n. 181108/07 conservatus est. Sequentiae ITS MT055970 et LSU MT053247 in GenBank depositae sunt.

Ramaria atractospora Franchi & M. Marchetti, sp. nov.

IF557405

Holotype AMB 18598

Basidiomata coralloidea, usque ad 90 mm alta, 30–60 mm lata, truncus usque ad 30 × 20–25 mm altus, rami principes numerosi, polytomi, ramorum angulis mixtis, apicibus 2–4 parvis mucronibus plus minusve obtusis praeditis. Pallide cremeo-lutea, primulicolarum, pallide vitellina usque ad luteo-ochracea in maturis speciminibus, apicibus diu magis laete luteis. Externa superficies immutabilis tactu. Caro alba, levi odore herbaceo atque sapore miti. Sporarum pulvis luteo-ochraceus. Sporae 13·5–14·3 × 3·4–4·7 μm, fusiformes vel cylindricae, verrucosae, cremeo-luteolae in aqua. Basidia 55–75 × 8–11 μm, cylindrico-clavata, tetraspora, sine fibula basali. Systema hyphale monomiticum, ex hyphis generatricibus 2–10 μm latis, pariete usque ad 0·5 (–1·2) μm crassa, raris ampullaceis tumoribus praeditis, constitutum, raris trombopleurogenae hyphae adsunt. Mycelium basale ex hyphis generatricibus 3–6 μm latis constitutum, copiosis massis crystallinis saepe magnam partem parietum hyphalium consternentibus, numerosis cellulis globosis brunneolis atque acanthodendroidiis. Fibulae absunt ubique.

Specimen examined: Italia, Tuscania, apud Careggine (LU), in Castaneae sativae nemore, 800 m supra mare alto, P. Alfani et P. Franchi, 07/10/2019. Sequentiae ITS MT055979 et LSU MT053256 in GenBank depositae sunt.

Ramaria brunneolilacina Franchi & M. Marchetti, sp. nov.

IF557410

Holotype AMB 18584

Basidiomata coralloidea, usque ad 80 mm alta atque usque ad 60 mm lata, trunco usque ad 25 mm alto, rami principes numerosi, polytomi, angulis obtusis, apicibus 2–4 parvis mucronibus praeditis, pallide griseo-brunnea, pallide brunneo-cinnamomea, ochraceo-brunneola, avellanea, apicali parte diu clariore, leviter pallide lilacino colore suffusa. Externa superficies immutabilis vulneribus. Caro albida vel pallide griseo-brunnea, odore levi herbaceo, sapore miti. Sporarum pulvis luteo-ochraceus. Sporae 7·7–10·2 × 3·8–5·0 μm, oblongae vel cylindricae, verrucosae, cyanophilae, haud amyloideae, cremeo-luteolae, pallide cremeo-olivaceae in aqua. Basidia 40–70 × 7–10 μm,

cylindrico-clavaeformia, tetraspora, sine fibula basali. Systema hyphale monomiticum, ex hyphis generatricibus, usque ad 14 (–20) μm latis, pariete usque ad 1 μm crassa, constitutum, raris ampullaceis tumoribus ad septa atque trombopleurogenis hyphis. Mycelium basale ex hyphis generatricibus 2–4 (–5) μm latis, constitutum, raris ampullaceis tumoribus ad septa atque trombopleurogenis hyphis. Fibulae absunt ubique.

Specimen examined: Italia, in loco Garetto dicto, apud Chianni (PI), in nemore Quercus cerris, 450 m supra mare alto, 16/10/2018 lectus, legit C. Radicchi. Sequentiae ITS MT055963 atque LSU MT053241 in GenBank depositae sunt.

Ramaria gracilioides Franchi & M. Marchetti, sp. nov.

IF557406

Holotype AMB 18543

Basidiomata coralloidea, 40–60 mm alta, 20–25 mm lata, trunco 20–25 mm alto, deorsum copiosis albidis mycelii reliquis praedita, ramis dichotomis atque tritomis, cum angulis obtusis. Primum albida deinde cremeo-rosea, magis saturate in stipite, apicibus cum ramis concoloribus. Externa superficies brunnescens ubi manu tacta. Caro albida, cremeo-rosea ad aerem exposita, levi odore herbaceo, sapore subamaro atque adstringente. Sporarum pulvis luteo-ochraceus. Sporae 6.3–9.8 \times 3.2–4.8 μm , oblongae vel cylindricae a latere, oblongae vel subovoideae ex fronte, verrucis humilibus atque subapplanatis, luteolae in aqua. Basidia 40–50 \times 6–8 μm , tetraspora. Systema hyphale monomiticum in trunci et ramorum carne ex hyphis generatricibus 2–8 μm latis constitutum. Mycelium basale dimiticum, ex hyphis skeletalibus 2.0–3.5 μm latis atque hyphis generatricibus 3–8 μm latis constitutum. Fibulae adsunt.

Specimen examined: Italia, in loco Faè dicto, apud Caldes (TN), ad marginem nemoris Fagi sylvaticae cum mixtis frondosis, 700 m supra mare alto, 08/09/2007 lectus, leg. M. Marchetti. Sequentiae ITS MT055925 et LSU MT053212 in GenBank depositae sunt.

Ramaria ichnusensis Franchi, A. Gennari & M. Marchetti, sp. nov.

IF557411

Holotype AMB 18582

Basidiomata coralloidea, usque ad 150 mm alta atque usque ad 140 mm lata, trunco usque ad 60–70 mm alto, superficie interdum lacerata squamis salientibus, rami principes numerosi, polytomi, angulis acutis, apicibus 2–4 parvis mucronibus praeditis, diu alba, deinde albida, passim vel aequabiliter pallide cremeo colore suffusa. Externa superficies immutabilis vulneribus. Caro lactea immutabilis, odore levi herbaceo, sapore miti. Sporarum pulvis pallide luteo-ochraceus. Sporae 7.0–9.4 \times 3.1–4.3 μm , subcylindricae vel cylindricae, verrucis planis vel vix salientibus, cyanophilae, haud amyloideae, pallide cremeo-luteolae in aqua. Basidia 40–60 \times 7–10 μm , cylindrico-clavaeformia, bispora vel tetraspora, sine fibula basali. Systema hyphale monomiticum, ex hyphis generatricibus, usque ad 15 (–18) μm latis, pariete usque ad 1 μm crassa, constitutum, ampullaceis tumoribus ad septa atque trombopleurogenis hyphis. Mycelium basale monomiticum, ex hyphis generatricibus usque ad 8 μm latis, pariete usque ad 0.8 μm crassa, constitutum. Fibulae absunt ubique.

Specimen examined: Italia (Sardinia), in nemore Santa Barbara dicto, apud Villagrande Strisaili (NU), 900 m supra mare alto, sub Quercu ilice atque Arbuto unedone prope Cedrum atlanticam, A. Gennari, 11/11/2017. Sequentiae ITS MT055961 atque LSU MT053239 in GenBank depositae sunt.

Ramaria ossolana Franchi & M. Marchetti, sp. nov.

IF557412

Holotype AMB 18527

Basidiomata coralloidea, usque ad 120 mm alta, usque ad 130 mm lata, trunco 30–40 mm alto, sursum usque ad 45 mm lato, rami principes numerosi, polytomi, angulis acutis, apicibus 2–4 parvis mucronibus praeditis, in juventute vitellina vel primulicoldes, deinde pallidiora, apicibus cum ramis concoloribus. Externa superficies immutabilis vulneribus. Caro alba, odore herbaceo vel pulverem revocante, sapore inamoeno leviter acri. Sporarum pulvis luteo-ochraceus. Sporae 8·2–10·5 × 3·6–4·9 µm, cylindricae, parvis verrucis, cyanophilae, haud amyloideae, pallide cremeo-luteolae in aqua. Basidia 50–60 × 8–10 µm, cylindrico-clavaeformia, tetraspora, fibula basali praedita. Systema hyphale monomiticum, ex hyphis generatricibus septatis, 2–14 µm latis, pariete usque ad 1 µm crassa, constitutum, numerosis ampullaceis tumoribus ad septa, interdum pariete gelatinosa, atque frequentibus trombopleurogenis hyphis. Mycelium basale, ex hyphis generatricibus usque ad 15 µm latis, saepe pariete gelatinosa, constitutum, raris ampullaceis tumoribus ad septa. Fibulae adsunt ubique.

Specimen examined: Italia (Piemonte), in loco Foppiano dicto, apud Crodo (VB), 1200 m supra mare alto, in nemore Piceae abietis atque Fagi sylvaticae, 01/10/2015, lectus, legit A. Vaccani. Sequentiae ITS MT055908 atque LSU MT053202 in GenBank depositae sunt.

Ramaria pallida f. *lactea* Franchi & M. Marchetti, f. nov.

IF557413

Holotype AMB 18528

A *Ramaria pallida* f. *pallida* differt apicibus pulchre lacteis et habitatione in nemoribus montanis sub *Picea abiete*.

Specimen examined: Italia (Toscana), in loco Valdiluce dicto, apud Abetone (PT), 1400 m supra mare alto, sub *Picea abiete*, 09/09/2014 lectus, legerunt S. Bottoni, P. Franchi et M. Marchetti. Sequentiae ITS MT055909 in GenBank deposita est.

Ramaria paraconcolor Franchi & M. Marchetti, sp. nov.

IF557407

Holotype AMB 18546

Basidiomata coralloidea, 60–90 mm alta, 25–50 mm lata, trunco usque ad 25 mm alto, deorsum copiosis albidis mycelii reliquis praedita, ramis polytomis, cum angulis obtusis. Primum luteo-ochracea deinde ochraceo-cinnamomea, cinnamomeo-brunneola, apicibus leviter clarioribus sed cito cum ramis concoloribus. Externa superficies brunneo-vinosa, brunneo-violacea ubi manu tacta. Caro albida lente rosea mox rubro-brunneola ad aerem exposita, levi odore herbaceo-anisato, sapore amaro atque adstringente. Sporarum pulvis luteo-ochraceus. Sporae 6·4–8·8 × 3·3–4·1 µm, oblongae vel subcylindricae, verrucis humilibus atque solitariis, luteolae in aqua. Basidia 25–40 × 6–8 µm, tetraspora. Systema hyphale monomiticum in trunci et ramorum carne ex hyphis generatricibus 2–10 (–14) µm latis constitutum. Mycelium basale dimiticum, ex hyphis skeletalibus 1–3 (–4) µm latis atque hyphis generatricibus 2–8 µm latis constitutum. Fibulae adsunt.

Specimen examined: Italia, in loco Bondo (TN) dicto, 800 m supra mare alto, supra lignum marcescentem *Coryli avellanae*, P. Franchi et M. Marchetti, 14/09/2002. Sequentiae ITS MT055928 et LSU MT053215 in GenBank depositae sunt.

Ramaria schildii f. *griseoavellanea* E. Campo, Franchi & M. Marchetti, f. nov.

IF557414

Holotype AMB 18583

typo differt ramis primum pallide griseo-brunneis deinde griseo-brunneolis, denique avellaneis, atque apicibus primum levi citrino colore suffusis.

Specimen examined: Suecia, in loco Åre dicto, apud Jämtland, in nemore Piceae abietis, E. Campo 09/08/2018. Sequentiae ITS MT055962 atque LSU MT053240 in GenBank depositae sunt.

Ramaria stricta f. *sambucina* Franchi & M. Marchetti, f. nov.

IF557408

Holotypus AMB 18547

A *Ramaria stricta* f. *stricta* differt aequabiliter pallide luteo colore.

Specimen examined: Italia, in loco Bosco delle Tre Campane dicto, apud Pontedera (PI), supra Sambucum nigram ad terram, 30 m supra mare alto, P. Franchi, 16/11/2011, isotypus in herbario M. & F. sub n. 111116/17 conservatus est. Sequentiae ITS MT055929 et LSU MT053216 in GenBank depositae sunt.

Ramariopsis hirtipes Franchi & M. Marchetti, sp. nov.

IF557418

Holotypus AMB 18575

Basidiomata plerumque ramosa, usque ad 35 mm alta atque usque ad 15 mm lata; stipes usque ad 20 mm altus atque usque ad 1–2 mm latus, ad apicem usque ad 2·5–3 mm latus, externa superficie delicate pruinosa; crenea vel ochracea, ramis haud numerosis, haud ramosis vel dichotomis, angulis plerumque obtusis, diu albidis deinde pallide griseo-brunneolis; caro alba inodora atque insipida. Sporarum pulvis albus. Sporae 4·0–5·7 × 2·9–4·4 µm, globosae vel subglobosae vel late ellipsoideae, tenuiter asperulatae parvis spinis usque ad 0·3 µm altis (Biformis typi). Basidia 15–28 × 5·0–7·5 µm, cylindrico-clavaeformia, tetraspora, interdum bispora, basali fibula praedita. Systema hyphale monomiticum, ex hyphis generatricibus usque ad 12 (–15) µm latis, pariete usque ad 1·2 µm crassa, constitutum. Stipitis pili 300 (–500) µm longi atque 1–4 µm lati, in ramis rarissimi et sparsi, 20–50 (–100) µm longi. Fibulae adsunt sed haud ubique.

Specimen examined: Italia, Tuscania, in loco Calzalunga (Suvereto, LI) dicto, apud Torrente Milia, sub Quercu subere, Arbutu unedone atque Erica arborea, 20 m supra mare alto, P. Franchi et M. Marchetti, 05/10/2014, Sequentiae ITS MT055955 et LSU MT053216 in GenBank depositae sunt.